

genannten Archiv eine noch unedirte Urkunde abzuschreiben, auf welche Grath p. 335 mit den Worten hindeutet: Sophia de Altafago, praeposita in Wenthusen, septem mansos donat (ex schedis manuscr.) und welche sich eben auf eine Schenkung bezieht, zu welcher in der schon erwähnten Urkunde (das. pag. 224), so wie in der pag. 223 gegebenen Urkunde offenbar die Zustimmung der übrigen Geschwister ertheilt wird.

In derselben bekunden im Jahre 1264 Gertrud Aebtissin, Mechtild Pröbstin, Adelheid Dechantin und der Convent zu Quedlinburg, daß Sophia von Hohenbüchen, Pröbstin zu Wenthusen, und Conegund, ihre Schwester, beide Canonissinnen in Quedlinburg, dem Stifte daselbst 7½ Hufen in Meringen übergeben haben.

Gertrudis Dei gracia Quidelingburgensis ecclesie abbatissa, Mechtildis preposita, Adelheidis decana, totusque ejusdem ecclesie conventus universis presentes litteras auditoris salutem in Domino sempiternam. Prudens decrevit antiquitas, ut ea, que geruntur ab hominibus, ad eterne rei memoriam scriptis autenticis roborentur. Hinc est, quod ad noticiam singulorum volumus pervenire, dominam Sophiam de Altafago, prepositam in Wenethusen, et Conegundim, sororem ejus, ecclesie nostre canonicas, de consensu heredum suorum utpote memores accepti beneficii septem mansos et dimidium in Meringe sitos nobis et ecclesie nostre pleno jure liberaliter contulisse, ita tamen, quod eis viventibus, vel altera earum vivente, dictos mansos nomine ecclesie cum omni utilitate quiete et libere possidebunt. Liberum etiam erit eis ambabus vel alteri earum, si voluerint, duos mansos aut tres dicte proprietatis vendere, donare et legare, nobis irrequisitis, seu eciam ypotece titulo obligare. Quicquid eciam in vita sua de dictis bonis pro remedio animarum suarum et parentum suorum decreverint ordinandum, nos firmiter observari faciemus, et que nobis succedent, nichilominus observabunt. Si vero dicte sorores morte prevente, quod absit, de dictis bonis nichil ordinaverint, nos de ipsis de prudentum consilio ordinabimus, prout earum saluti videbitur expedire, et que nobis succedent, ordinationem nostram inviolabiliter observabunt. Acta sunt hec presentibus dominis nostris: Arnolde custode, Theoderico de Berne, Theoderico de Bennendorp, Conrado de Redere, Bertoldo de Wederstede, Johanne de Orden, Bertrammo plebano forensi, Gerberto, Jacobo, Hermanno, Ottone de Marsleve, Henrico de Langele, Frederico, Theoderico, Hildebrando, Giselberto; ecclesie nostre ministerialibus: Bernardo marscalco, Thiderico pincerna, Johanne de Wederstede, Henrico de Aqua, Henrico de Groninge, Theoderico Marroch, Johanne et Otrico fratribus de Marsleve, Conrado Struone et aliis quam pluribus clericis et laicis. Ne igitur super premissis dubium aliquid oriat, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum anno gracie M^o.CC^o.LXIII^o. indictione septima.